

Græcos, an referatur ad sp̄itū, an ad rem. In omni instantia.) ἐμ πάσῃ προσκαρτερίᾳ, de quo superius. Ambrosius legit perseverantia. Cū fidutia.) ἐμ παρέκκλιση, quæ est proprie libertas & audacia loquendi. Notū facere.) Cur nō potius, ut notum faciam?

In catena ista) Ista redundat, Nec est apud Ambrosiū, nec apud Hieronymum.

In ipso audeam.) ἵνα παρέκκλισωμαι, quod uerbū explicās Ambrosius, dicit ut in ipso ex erita libertate prout oportet me loqui, nec est ita, sed ut ἵνα παρέκκλισωμαι. i. ut audeam,

Charissimus frater noster.) ἀγαπητὸς. i. dilectus, atq; ita legit Hieron. quod h;ic ueluti data opera semper uertit charissimus. Ut cognoscatis, quæ circa nos sunt.) τὰ περὶ ἡμῶν id est quæ de nobis sunt, hoc est res nostras & statū nostrū. A deo patre nostro.) Nostro nō additur nec apud Græcos, nec apud Hieronymum, nec apud Ambrosium.

ANNOTATIONVM IN EPISTOLAM PAVLI APO STOLI AD EPHESIOS FINIS.



ANNOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

ET Timotheus.) Quanq; id quidē nihil attinet ad sententiā Pauli, tamen admonendū duxi, Timotheus pronunciandū antepenultima acuta, siue græcā rationē sequaris, siue latinā, quod cōtra hunc fit in templis oībus. Et licet optandū foret, ut hoc esset grauiissimū erratū in uita christianorū, tamen foedū est nos publicitus in re tam manifestaria perpetuo peccare.

Timotheus duxi dū ēē.

Cū episcopis.) Græcis unica dictio est coepiscopis συνετοποιοις, quasi cōmunicet sūff officiū, cū illorū presbyteris. Quanq; hic græca uariant exēplaria, & in nōnullis scriptum erat, συνεπισκόποις. i. una cū episcopis. Et diaconibus.) διακόνοις. i. ministris, ut lāpi⁹ uer tit. Quod si græca uox placet diaconis dicendū erat, non diaconibus.

In omni memoria uestri) ἐπὶ τάσκη τῇ μνήμῃ μετὰ χαρᾶς τὴν δέκτηρι ποιούμενον, id est in omni memoria uestri, cū gaudio obsecrationē faciēs. Ambrosius legit ad hūc modū Super omni memoria uestra semper in omni oratione mea pro omnibus uobis, cū gau dio orationē faciens. Super cōmunicatione uestra, ut gaudiū referas ad cōmunicationē ueluti gaudiū causam. In omnibus orationibus.) ἐμ πάσῃ δέκτηρι. i. in omni obsecratione

Confidens in hoc ipsum.) πεποιθώσαντά τοῦτο. i. persuasum habens hoc ipsum.

Socios gaudij.) Græcis est χάριτος. i. gratia, sed facilis lapsus in χάριτος & χαρᾶς. Ambrosius legit gaudij, Vulgarius gratia Omnes uos esse.) ὄντας. Rectius uertissem, cum sitis socij gratia, uel qui & estis loci gratie, συγκονωνοῦ. Vos esse in uisce.) Esse redun dat. Tantū est in uisceribus Iesu Christi, siquidem hoc adiecit, ne quis suspicaret quicq; hic esse affectus humani, cur eos tantopere amaret Viscera uocat affectum animi.

Magis ac magis.) ἐπὶ μᾶλλον. i. adhuc magis. Potiora.) τὰ διαφέροντα. i. præstantia. Ambrosius legit utilia, Suspicio illius codicē habuisse scriptum συμφέροντα p διαφέροντα

Et sine offensa.) Ambrosius legit inoffensi, quasi dicas robustos, qui nō possint offend di, aut qui nūsc̄ offendāt. Quanq; græca uox ambigua est, ἀναρόσκοποι, quasi dicas, tales, ut nemini sitis offendiculo, & in hunc sensum interpretantur græcanica scholia.

Per Iesum Christum.) Τη δικαιοσύνη χριστοῦ. i. qui est per Iesum Christum, ut articulus distinguat hunc fructum a ceteris per articulum græcum.

In omni prætorio.) ἐπὶ ὅλῳ τῷ πρατερίῳ. i. in toto prætorio. Ne quis accipiat Paulum per omnia præatoria ductum fuisse, cum ipse dicat aliud. Sed interpres crebro omne πρατο abutitur. Et in ceteris oībus.) In redundat, an subaudiendum sit, alījs expenden dum relinquo. Neq; ceteris refert p̄toria, ut sit sensus euangelium notum fuisse ceteris item prætorijs, sed ceteris eius ciuitatibus, qui in prætorio non uerabānt. Ita Vulgarius proinde coniunctio in, nullum habebat usum, nec additur ab Ambrosio.

Abundantius auderēt) Ambrosius græcam figurā expressit latine. Amplius coepérūt audere. Nā in ἔργε τολμᾶν uideatur subesse synecdoche, aut si mavis eclipsis, quā tamē au sus est imitari Flaccus, ut melius q̄cquid erat pati, ut subaudiās possis aut incipias, aut si, mile uerbū accōmodū sententiae. Propter bonā uoluntatē) δένδονται, quod uertere solet beneplacitum. Ordo diuersus est huius loci apud græcos. Sic enim habet apud illos. Alij quidem ex contentione Christum annunciant non pure, arbitrantes pressuram ad dēre se uinculis meis. Alij uero ex charitate, scientes quod in defensionem euangelij positus sum. Græca sic habet ὅτι μάλιστας δένδονται καταγγέλλουσιν ὅντας γεννών, διόμενοι θλίψις επιφέρει τοῖς δεσμοῖς μονοῖς δένδονται καταγγέλλουσιν, διότι εἰς απολογίαν τὸ εὐαγγελίον καθέμου.

Non lyncere.) ὅντας γεννών. i. non pure. Ambrosius legit nō simpliciter. Fortassis illius codex habebat δένδονται. Et in tanta uocum affinitate facillimus est lapsus.

Dum omni modo siue per occasionem.) Graci paulo diuersius legunt, τι γαρ, πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσσα, εἴτε ἀληθείᾳ χριστὸν καταγγέλλεται. id est, quid enim attamen quovis modo siue per occasionem, siue uere, Christus annunciat. Neq; em̄ iubet hoc esse faciendū, ut Christū aliquis insincere p̄dicet, sed ex ijs quae nō recte siebat id quod est boni excerptit, & cōtēnit illoꝝ in se odiū, modo quocunq; modo p̄sist euāgelio. Porro quod hic uertit occasionē προφάσσει est, quod & p̄textum sonat Opponiſ em ueritati.

Secundum expectationem.) κατὰ τὴν ἀποκαρδοκίαν, quod plus quiddam significat, q̄ expectationem, sed uehemens cordis desyderium, dictione hinc composita.

Et quid eligam ignoro.) Coniunctio, & obscuriorē reddit sententia. Quandoquidem hoc sensit Paul⁹. Si uiuo, Christi causa uiuo, si morior, meo cōmodo morior, quod si procedit mea prædicatio, & prosul ecclesijs, adeo nō præfero meum cōmodum uero bono, ut dubitem etiam utrū eligam. Habet enim hoc loco καὶ peculiare, & occultā uim excludendi, quod diuersum erat. Poterat & ita legi τι δὲ τῷ γένε, ut hic subaudiās contigerit, aut fuerit. Deinde sub ijs, hoc mihi fructus est operis. Atq; ita coniunctio more uulgari copulat quod sequitur, uerum prior lectio magis probatur, & eam sequitur Vulgarius. Adducit hunc locum Augustinus uelut exemplum ambiguae distinctionis libro de doctrina christiana tertio. Nam potest ad hunc modū legi. Coartor e duobus, cōcupiscentiā habens, Vt sit sensus illū utriusq; rei torqueri desyderio, & uitæ & mortis. Potest & hoc pacto, coartor e duobus, & hic distinctione interpolata sequatur, cōcupiscentiam habens dissoluī, uerū ex eo quod sequitur, Multo autē magis melius dissoluī &c. colligitur, concupiscentiam habens ad sequentia referendū esse. Quanq; Augustinus p̄ melius legit optimū. Quia in nullo.) Quod in nullo δι. Et rursum fiducia.) παρεξήσθαι.

Sicut semper nunc.) Et nunc legendum. Coartor enim e duobus, συνέχουσι, quas dicas utrinq; teneor. Ambrosius legit ex his duobus, uelut exprimens uim articuli οὐδὲν δι. Siquidem de morte & uita loquitur, in quorū utroq; est, quod inuitet, est quod deit. terreat. Multo magis melius.) Ambrosius legit, multo em melius. Verū Paulus alias quoq; conduplicat cōparatiū, ad uehementiam, ut plurimum excessum significet, idq; iuxta idioma sermōis hebraicī. Necessariū p̄pter uos ἀγαπαῖσθε. i. magis necessariū.

Et hoc confidens scio.) τεποθωε διδα. i. certus scio siue persuasus scio.

Quia manebo & permanebo.) δι. μετῶν συμπαραμετῶ. i. quod manebo & permanebo simul.

simul cum omnibus uobis. Quanque quidam codices habent μεν. i. matheo siue matheā.

Vt gratulatio uestra.) τὸ καύχημα. i. gloriatio, quod semper consueuit uertere gloriam.

In me.) εἰπέμοι, ut me sit ablatius calus. Audiam de uobis.) ἀκούω τὰ περὶ ὑμῶν, οὐτὶ σκέψομαι, ut audiam de uobis, uel potius ea qua sunt de uobis quod statis. &c.

Vnaniues pariter.) μία ψυχή. i. una anima, uidelicet in uno spiritu, in una anima.

Collaborantes.) συναδλοῦντες. i. cōcertantes, hoc est in hoc certamine adiuuantes nos

Ambrosius sic explicat, pariter cum fide euangelij certantes.

Terremini.) μὴ πιστούμενοι. non turbati, siue tumultuantes. Ambrosius legit nō paue scentes. Quae est illis causa.) Græce est illis quidem ἐνθυμίᾳ, i. ostensio, & ideo Ambrosius legit ostentatio interitus. Et nunc audistis.) ἀκούετε. i. auditis. De me.) Græcis est εἰπέμοι. i. in me. Sed haud scio an nostra lectio sit uerior.

EX CAPITE II.

Si qua igitur consolatio.) παράκλησις. Ambrosius legit, si qua exhortatio, ne bis dicceret consolationem. Si qua uiscera miserationis.) Græce est, si qua uiscera & miserationes αὐλαγχία. Οὐκ ιντιγμοί. atque ita legit Ambrosius. Cæterū in græcis codicibus non reperio scriptum ἐρτινα αὐλαγχία, sed ἐρτινα αὐλαγχία. Id est si quis uisce ra. Idque cum in emendatis scriptis exemplaribus habeatur, demiror neminem interpretem offensum hac lectione, nisi forte αὐλαγχία hominem ipsum dixit, affectu misericordia prædictum. Et Paulus magis rem ipsam respexit que uocem.

Vt idem sapiatis.) Sentiatis φροντίτε, hoc est sitis cōcordes. Id ipsum sentientes.) οὐ φρονοῦντες, id est unum siue idem sentientes. Est autem participium eius uerbi, quod modo uerterat sapiatis. Nihil per contentionem.) κατὰ τὴν διάφορην. Ambrosius legit irritacionem, hoc est ad prouocandum alios. In humilitate.) Græce sic habet, sed humilitate, alij alios existimantes superiores seipsis, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλος ἀγούμενοι ὑπερέχουτες εἰσιν. Et rursus humilitatem uocat modestiam animi, qua quis sibi nihil arrogat.

Consyderantes.) σκοτεῖτε, consyderate seu spectate. Spectamus enim quod expetimus, unde & scopus dictus.

Quæ aliorum.) Græci addunt ἔκασθαι, id est quisque. Addunt & coniunctionem καὶ ἄλλα ποὺτα ἐπέφερο ἔκασθαι. Sed & aliorum. Verum hanc non attingunt interpretes. Proinde uim habet opinor eandem ac si dicas imo. Imo magis aliorum. Hoc em sentite.) φρόνεσθαι, id est sentiat, ut subaudias unusquisque, quod modo processit siue sentiat, quanque interps bene reddidit sensū, hoc est is sensus, is affectus sit in uobis, qui sit in Christo Iesu.

Esse se aequalem deo.) τὸ ἵνα ἴσα δέ, id est ut esset aequaliter deo. Nam ἴσα nomen est aduerbiū loco positum, loquitur enim de Christo, ut homine. Nec est ociosus articulus apud græcos. Nimurum interpretans quid dixisset rapinam, haud dubium, quin hoc ipsum, ut esset par deo. Non usurpat sibi aequalitatem cum deo, sed deiecit sese. Cæterū forma hic est μοσφή, quod specie sonat aut figurā, quā in epistola ad Hebraeos charactērem uocat. Cæterum utrū hic forma sit ea de qua Aristoteles disputat in libris naturaliū, quæ respondet materia, uiderint iij qui huiusmodi disputationes in hunc inuehūt locū, prosternit cū idem Paulus mox subiicit, formā serui accipiens. Certe Christus seruus nō dicitur, sed filius. Tametsi diuinus Hieronymus in epistolam Pauli ad Titū, id quod est apud Esaian cap. 49. Magnum est tibi uocari puerum meum, putat a patre dici filio, & παιδία, quod transtulerunt septuaginta, hebraicis esse γένεν, quod famulum dumtaxat significat. Iam quod hic uertit similitudine græca est ὅμοιώματι, quod magis sonat affimulationem, & quod hic habitu, illis est χάματι, quod magis sonat figura. Hac paucis indicāda putauī, ut appareat quædā nō admodū quadrare ad sensū Pauli, quæ Thomas adducit de habitu, iuxta consuetudinē dialecticoꝝ, qui Aristoteli dicit ἐξ οὐ χάμα.

Deus exaltauit illum.) Plus explicat sermo græcus ὑπερψυχωσεν, hoc est uehementer exaltauit siue insigniter. Proinde Ambrosius legit. Superexaltauit, studēs exprimere græcam uocem. Omne genu flectatur.) τῷ μὲν γάν κατεύθη, id est omne genu flectat, ut sub-

yy 4 audias

ANNOTATIONES

audias se. Et infernum.) καταχθονίωμ. i. subterraneorū. In gloria.) εἰς δόξαν. i. in gloriam δτι κύριος ικαδοῦ χριστός εἰς δόξαν θεοῦ πατρός, id est quod dñs Iesus Christus in gloriam dei patris, ut intelligas hoc omnem cōfiteri linguam, quod Iesus Christus est dominus. Idq̄ in gloriam dei patris, quanq̄ illud in gloriam dei patris referri potest ad uerbū consiteatur, quod praecessit. Vestram salutem.) τὴν τάσην, id est uestram ipsorum, quanq̄ ut admonui, ista pronomina composita fere uertit per simplicia.

Salutem uestram operamini.) Et mox deus enim est qui operatur in uobis, prius uerbum est κατεργάζεσθε, alterum est ab ἐνεργεῖμ, quod nos uertimus qui agit, ne quis in hoc erraret. Atq̄ illud in uobis ἡμῖν est in quibusdā, in alijs ἡμῖν in nobis, q̄ hoc nihil interest ad sensum. Et perficere.) καὶ ἐνεργεῖμ. i. facere siue operari. Est autem infinitū participijs, quod modo praecessit ἐνεργῶμ, id est qui operatur. Ne quis putet esse nouum mysterium in uerbo perficere, quasi sit ad finem perducere. Ambrosius legit operari.

Sine murmurationibus.) Quidam græci codices habent χωρὶς δέργης, id est sine ira, alijs γόγγυσμῶμ, id est murmurationibus.

Et hæsitationibus.) καὶ διαλογισμῶμ. i. disceptationibus.

Sue querela.) ἔμενται, id est de quibus nemo queri siue conqueri possit.

Et simplices.) καὶ ἀνέραι. i. synceri. Sine reprehensione.) ἀμώμητοι. i. irreprehensibles, siue inculpati. Prauæ σκολιæ, quod non significat simpliciter prauū, hoc est malum, ut uulgo putant, sed tortuosum & asperum, ut respondeat illi, quod superius posuit ἀκέραιοι. i. simplices, id quod uelut interptans explicat, adiungēs @ διεργαμένη. i. distortæ

Supra sacrificium.) ἐπὶ τῷ δυσίᾳ @ λειτοργείᾳ τῆς πίστεως νυμῶμ. i. super immolatione & sacrificio fidei uestræ, sentit suam mortem & uincula uitimam quandam esse, cuius ipse sit minister & sacrificus, semetipsum immolans pro fide illorum, & hoc nomine gaudet. Recentiores theologi perperam exponunt supra pro ultra, ac multo alium sensum inducunt, q̄ Paulus græcis uerbis expresserit.

Ad gloriam.) εἰς καύχημα, de quo iam sèpius admonuimus. Et est ad gloriam mihi, εἰς δόξαν ἐμοί. Atq̄ ita legit diuus Ambrosius. Dilucidius erat, ut gloriari possim in die Christi, quod nō in uanum cucurrerim, Nam hoc refertur illud καύχημα, ut coram Christo possit gloriari, illis adiuuantibus hanc gloriam. In die.) εἰς νυμέρωμ. i. in diem.

Congratulor.) συγχαῖσθε. i. congaudeo. Congratulamini.) συγχαῖσθε. i. cōgaudete. Legi potest p̄ modū indicandi, gaudetis & cōgaudetis, id quoq̄ mihi sane magis arridet.

Bono animo sim.) εὐτυχῶ. Græcis est composita dictio, & magis significat bene affici animo, q̄ esse bono animo. Siquidem bono animo esse dicunt latini pro eo quod græcis est δαρέγειμ. Cognitis quæ circa uos sunt γνῶντες δὲ τὰ τερπίνμῶμ. i. ubi cognouero de rebus uestris, siue cognitis ijs quæ circa uos sunt. Ambrosius legit certior de uobis factus,

Tam unanimem.) Tam redundat ισότυχομ. i. æqualis animi. Sed offensus interpres sensu, addidit tam, ne uideretur laudato Timotheo damnare cæteros. Est autem græcis dictio noue composita, quæ parem & eundem per omnia animum significat, quomođo Pythagorici summam & perfectam amicitiam significabant.

Qui syncera affectiōe.) δε τις συνθέωμ. i. qui uere & germane siue ut alias uertit ingenue.

Pro uobis sollicitus sit.) Græce sic est τὰ τερπίνμῶμ μετριανήσ. i. res uestras curabit ut sententiam reddā, magis q̄ uerba. Eius cognoscite.) γνῶσκετε, est quidē ambigua græca uox. Tn̄ hoc loco rectius uertissem cognolcitis, quod declarant ea quæ mox sequuntur.

Quæ circa me sunt.) Græci addunt ξενῆ. i. protinus, siue confessim, quod hic interps uidetur uertisse mox, uerū illud mox, potius referendū uidetur ad uerbū mittere. Et spe ro mittere) Cur nō potius missurū, Nā infinita sic aliquoties usurpan. Veniā ad uos) Aduos redundant, imo grace est, quod & ipse cito uenturus sim. Et ita legit Ambrosius.

Quoniam sicut patri.) Vertendum erat, quoniam sicut cum patre filius mecum seruiuit, uel sicut patri filius, mihi conseruuit.

Et mœstus

Et mœstus erat.) οὐδὲ μεμονῶμ. Id Ambrosius uertit, & impatienter sollicitus erat. Nam καὶ μονῆς est pene examinari ac deficere præ dolore.

Vlq; ad mortem.) παραπλησίοι δανάτῳ, id est proxime mortem, siue ut esset uicinus morti. Ambrosius legit, Prope mortem.

Festinatus.) αὖσθιστέρως, uerti poterat & studiosius. Ambrosius legit sollicitus, etiā si deprauatum est sollicitus. Quod ex uobis deerat.) τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, i. uestrum defectum. Absq; tristitia sim. ἀλυπότερος. Ambrosius uertit, meliore animo sim. Græca uox perinde sonat, quasi dicas liberior sim ab omni dolore, siue minus doleam.

Erga meum obsequium.) τὴς πρὸς με λήφουργίας. Ambrosius legit, circa meum officium, quanq; nec is explicuit, quod græca sonant uerba, quorum hæc est sententia, ut quod diminutum fuit in obsequio uestro erga me, id suppleatis in his quos ad uos mitto, & quod minus fecisti mihi, in talibus compensetis. At nonnulli codices habent πληρώσῃ, non πληρώσῃτε, ut uerbum ad Aphroditum sit referendum non ad Philippenses. At tū erit sensus, ut ille suppleret, quod in uestro erga me officio fuit diminutum.

Cum honore habetote.) εὐτίμους ἔχετε, id est in precio habete.

EX CAPITE TERTIO.

Tradens animam suam.) παραβουλευσάμενος. Ambrosius græcam uocem pro prius expressit in interitum tradens animam suam. Est autem παραβουλεύεσθαι male consulere, & non habere rationem alicuius. Sentit enim Paulus illum ope diuina seruatum fuisse. Alioqui ipse se præcipitauerat in exitium uitæ. De cætero.) ηλοιπόρ. id est quod super est & χαίρετε potest legi ualete.

Mihi quidem non pigrum.) οὐδὲ δικαιοῦσθαι, ναῦμις δὲ ησφαλές. Ad uerbum ita redit poterat. Mihi quidem non pigrum, uobis autem tutum. At dilucidius simul & latius fuerit, me quidem non piget, uobis autem tutum est. Sensus est. Non me piget huius laboris, ut saepius eadem repetam, ut crebra admonitio uos reddat tutiores, ne labamini. Nam hinc proprie dictum est ησφαλές.

Vide concisionem.) Distinxit concisionem a circumcisione κατατομὴν περιτομὴν. Cōciditur enim quod discerpitur, & plane distrahitur. Circumciditur quod expolitum, resectis superuacaneis. Annotauit hoc diuus Hieronymus in cōmentarijs Micheæ. Cæterum articulus præfixus singulis horum nominum indicat, cum de certis quibusdam loquī, quos illi nouerint τοὺς κύνας, τοὺς κακούς, τὰς κατατομὰς. Et uidete posuit pro caute, quemadmodum aliquoties in euangelio δράτε βλέπετε.

Qui spiritu seruimus deo.) Græce est, qui spū dei seruimus δι πνεύματι θεοῦ λατρεύομεν. Habeam fiduciam in carne) Græcus habet. Et in carne, καὶ εἰ σαρκί. Et ita legit Ambrosius. Circumcisus octauo die,) Græcis sic habet περιτομὴν κατατομὴν, id est circumcisionem octauie diei. Se uocat circumcisionem, ut saepē alias gentes uocat præputium. In Ambrosianis codicibus locum hunc deprauarunt parum attenti scriptores, legentes circumcisionem octauie diei. Ex genere Israel.) ἐκ γένους ισραὴλ. Israel hoc loco nominatiuus est, non genitiuus. Vt enim se uocauit circumcisionem pro Iudeo, ita se hic nominat Israel pro Israelita. Idq; & alias sapenumero fecit. Addidit autem ex genere ad distinctionē Proselytorum, qui erant quidem Israelitæ, sed uelut adoptione, non ex genere.

Conuersatus sine querela.) γενόμενος οὐ μεριπτος, id est factus sum siue is fui de quo queri nemo posset, οὐδὲ hoc haud male reddidit interpres.

Detrimenta.) ζημια, id est detrimentum. Propter eminentem scientiam) διὰ ηνπερεχοντίς γνώστως, id est propter eminentiam cognitionis, ut neutrum positum sit loco nominis substituti. Vt stercore,) οὐχ ἕγονται σκύβαλα ἔνων, i. arbitror stercore esse, siue duco pro stercorebus. Quanq; haud scio an & illud τὰ πάντα ἔζημιόθηκ, uertendū fuerit. In omnibus detimento sum affectus. Ambrosius uertit, omnia damna duxi. Et in hanc quidem sententiā interpretatur Vulgarius, ut intelligamus perinde dictum ζημιούσθαι, quemadmodum

quemadmodum dicimus μακαρίζεσθαι & ευδαιμονίζεσθαι.

Quæ est ex deo additæ iusticiam tñm in deo dñixa soñvñp, ut repetatur iusticiam. Item in fide ad cognoscendum illum.) Sic distinguunt græci, ut intelligas eum cognosci ex fide. Ex fide est.) dñs à pñsewø, id est per fidem.

Societatem passionis. παθημάτων, id est passionum sive malorum, sive afflictionum. Ambrosius pro societate legit cōmunicationem.

*Si quomodo.) ἐπιωσί si qua. Quæ est ex mortuis.) ἡνὶς οὐκέτῳ, i. mortuorum, Miror cur
hic placuerit περιφράσις, nisi quod suspicor hunc interpretem, & item Ambrosium ita legisse
ανάστομηλῶν εἰς τεκμήρων. Sequor autem.) διώκω, i. sector, & assequi cupio. Interpres autē
nimis latine usus est eo uerbo sequor, idcirco admonui, ne quis erraret.*

Sí quo modo.) εἰ καὶ, i. s. t & siue etiam compræhendam.

In quo & cōprehensus sum.) ἐφ. i. in eo quod. Non arbitror.) Laurētianus codex
habuit ὄντως i. nondū. Meus ὄντως sed plures habent ὄντως, & ita legit diuus Ambrosius.

Quæ retro sunt.) ταῦπιδω, id est quæ a tergo sunt.

Quæ priora.) τοῖς δὲ ἐμπρόσθιαι. quæ a fronte sunt. Ad destinatum.) κατὰ σκοτεῖα. secundum scopum aut præfixum. Neq; tam male uertit interpres & obscure. Hieronymus admonet græcam uocem esse significantiorem. Est enim σκοπος propriæ signū præfixum sagittantibus. Vnum autem, ερ δὲ subaudiendum est ago, quasi dicat, solum hoc ago, & in hoc sum totus. Hoc sentiamus.) Hieronymus in primo aduersus Pelagium dialogo, indicat hoc loco Græcorum exemplaria uariasse, in alijs scriptum fuisse φρονοῦμεν, id est sapimus, modo indicandi. In alijs φρονοῦμεν, id est sapimus.

Aliter sapitis.) φρονεῖτε. i. sentitis. Ac reuelabit futuri temporis esse debet. ἀποκαλύψα.
Veruntamen.) Græca paulo secus habent nempe ad hunc modum πλημεῖς δὲ φθάσ-
ματιοῦ αὐτῷ σοιχεῖμ κανόν τὸ οὐρέ φρονεῖρ. i. Verum in eo ad quod peruenimus eadem inced-
re regula idem sapere. Quare h̄i infinitius

Et obseruate.) Ηγια σκοτείτε, i, consyderate, atq; ita legit Ambrosius.
Imitatores mei.) ανθρωπάκι μου, id est coimitatores mei, hoc est imitemini me una cū
etiam cuius m̄ imitatores.

Formam nostram.) τύποι μας, id est formam nos, ut sit appositum dicitur:

Quos læpe dixi uobis.) Apparet Paulum non absoluisse quod cōperat. Multi enim ambulant, ut subaudias, non ut ego, sed in carne & fastu, ac ceremonijs. & ob id inimici crucis. Terrena sapiunt.) φονουτες, curant, siue sentiunt, hoc est qui terrestres habent affectus. Abusus est participio loco uerbi.

Nostra autem,) nostra em. Vnde,) ex quo s. cœlo, Miror interpreti placuisse) imphibologiam, ad eo ut a græcis uerbis discederet, nisi quod ex quo apud illum fere so-
nat ex quo tempore, siue postq.

Corpus humilitatis.) ταπειωτεω, id est corpus humile & abiectum
Configuratum corpori.) Græce sic habet εἰς τὸ γενέσθαι ἀντὸ σύμμορφοῦ τῷ σώματι, id est
ut fiat conforme corpori, &c.

Secundum operationem virtutis.) Et hoc græcis ad hunc legitur modum. *καὶ τὰ τέλη
τοῦ θεραπεύοντος τὸν τάξιν εἰσὶν* τὰ τάξια, id est secundum operationem, seu uim, aut
fficaciam, ut possit etiam sub iunctere sibi ipsi omnia. Ambrosius legit, qua possit etiam sub
iunctere sibi omnia.

EX CAPITE QVARTO.

Charissimi & desyderatissimi. ἡγαπητοι και εστωσοντο, id est dilecti ac desyderati. Et synthychen obsecro) Rogo & deprecor. Apud graecos idem est uerbum. Proinde intempestive interpres affectauit copiam hoc loco, cum anadit plosis eius uerbi, faciat ad uehementiam affectus significandam. Idipsum sapere.) η αντο φρουει, id est idem sentire, hoc est concordes esse.

Etiam

Etsam.) Hic affirmatis est, vici & ipso, quod significat inter iogo, hic pro rogo posuit, nisi forte ipso antecepit apud Graecos, sicut rogo apud latinos.

Germanie compar.) οὐδέ τις σύνει. Sizygi dicuntur, quasi pariter ducētes iugum. Germanum autem hic uertit, quod superius uerterat sincera affectionem γνώσιων. Quidā hoc referunt ad uxorem Pauli. Nam græca poslunt & fœminino genere accipi σύνηγε γνώση, id est coniunx germana, hoc est lyncera coniunx. Sunt autē magni autores apud Graecos, qui putant Paulum habuisse uxorem. Et consentaneum est hic mulieres cōmendari mulieribus. Porro quod addit γνώση, hoc est germana siue uera, pulchre quadrat in ea quæ & ipsa Christum una cum marito amplectetur. Cum enim cōsensus est, non solū in coniuctu, uerū etiam in professione fidei, in studio pietatis, in uitæ similitudine, tum deniq; uerum est coniugium.

Adiuua illas.) συλλαμβάνεται cōmoda illis. Mecū laborauerunt. Ιαννέθλησθρ μοή, id est simul mecum decertarunt.

Gaudete in domino.) χαίρετε, potest esse & ualete:

Modestia.) ἐπιφρέσκει, i. humanitas, siue equitas. Dominus enim.) Enim redundat.

Sed in omni.) Omni non est epithetum orationis ἐπ παντὶ, i. in omni re, siue in oib⁹.

Omnem sensum.) τάντα νοῦ, i. mentem siue intellectum, ne quis ad corporis sensum detorqueat. Custodiat.) φρεσκός, id est custodiet futuri temporis.

Dé cetero fratres.) οὐ λοιπόρι, quod reliquū est. Est autem continuantis post digressio nem aliquam. Quæcūq; pudica.) σεμνά, quod Ambrosius legit magnifica. Vertere poterat seueria, honesta, uercunda. Nam hæc omnia significat græcis σεμνά.

(Quæcūq; sancta. & γνώ. i. pura siue casta. Amabilia.) προσφιλῆ, quod Hieronymus aduersus Iouinianū uertit ad castitatem pertinet. Sed detorquens opinor ad sua argumentationem. Bonæ famæ.) εὐφημια, i. bene ominata, Ambrosius uertit laudabilia. Tum hunc locū ita reddidit Hieronymus. Quæcūq; ergo sunt uera, quæcūq; pudica, quæcūq; iusta, quæcūq; ad castitatem pertinentia. &c.

Si qua laus disciplina.) Disciplina redundat iuxta græcos codices. Et uirtus hic est, quæcūq; opponitur uicio, non δύναμις quæcūq; pugnat cum imbecillitate.

Hæc cogitate & agite.) Cogitate superest, græcis tantum est τάντα πράτητε, i. hæc agite. Et ita legit Ambrosius.

Quoniam tandem aliquando.) ὅτι οὐδὲ ποτέ, id est quod iam aliquando.

Refloruissest pro me sentire.) ανεθάλλετε ή ὑπέρ ἐμοῦ φρονεῖμ, i. reuiguistis in sentiendo de me, ut subaudias κατὰ τὸ φρονεῖμ, hoc est reuiguit in uobis amor & sollicitudo, ac studium erga me, tametsi non misisti hactenus, quod oportunitas mittendi uobis defuerit, non animus. Sicut & sentiebatis.) οὐδὲ id est in eo quod sentiebatis.

Occupati enim eratis.) ηκαρποῦτε, i. sed non habuistis oportunitatem. Id enim sonare uidetur ηκαρποῦται. Propter penuriam.) καθ' οὐσίαν, id est iuxta defectum.

Non quali.) οὐχ ὅτι, i. no quod. Sufficiens esse.) αντάρκησεν, i. contentus esse. Aperitus erat. Nam ego didicī his in quibus sum contentus esse ἐπ διε ἐμοὶ αντάρκησεν.

Scio humiliari & abundare.) περισσεύμ, quod hic uertit abundare, non solum pertinet ad rerum copiam, sed ad omnem præcellentiam, ut opponatur ex aequo humiliari.

Vbiq; & in eo.) ὡς παντὶ καὶ τῷ πᾶσι, i. in omni & in omnibus. Et sic legit Ambrosius. Tametsi probe uertit hoc interpres, ut accipias ubiq; pro eo quod est in omni re.

Institutus sum.) μεμύκησι, quod Ambrosius uertit imbutus sum. Est autem proprie int̄i misterijs. Porro mysteria primum discuntur.

Abundare & penuriam pati.) περισσεύμ καὶ οὐσία, hoc est quasi dicas pati, ut supersit, pati, ut desit pati, siue ut nimiū sit, siue ut minus sit.

Qui me confortat.) ὡς ἐνθαμμοῦντι, non est confortat, quasi consolatur & reficit, sed confortat, id est potentem ac fortē reddit.

 De eo qd paulus uxoris putaverit habuisse,

In Thessaloniam. ἐν Θεσσαλονίκῃ, i. in Thessalonica, ut subaudias ecclesiā. Nec misserunt in Thessaloniam, sed Paulo miserunt, qui illic tum erat.

Semel & bis.) etiam quod si quis latine uelit reddere, dicendum est, semel atque iterum. Ambrosius legit, Semel & iterum, Alioqui semel & bis nihil aliud sonat tamquam ter.

*Non quia querò datum, sed exorti estis ad d'cma. i. non quod queram ipsum donū. Am
brostus legit, Non quia munus queram.*

Sed requiro fructū) Illud quaro & hoc requiro apud Græcos idem uerbū est επιτελώ.
Abundantem in rationem.) Hic melius uertisset græcū participium in uerbum πάτε
τον, id est qui redundaret in uelstrum cōmodum, potius τοῦ meum.

In usum. *τὸς τῶν χρεῶν μ. i. ad egestatem, siue ad necessitatem, quanquam in usum non est absurdum modo intelligas, in usum, id est cū esset opus.* Ambrosius legit, In usus meos missitis. Habeo autem omnia. *ἀπέχω.* Ambrosius legit, percepi autem omnia. Nā *πάτερ* est recipere ex aliquo ueluti censum aut redditum ex aruis. Et ad eum modum uertit in euangelijs. Recepserunt mercedem suam *ἀπέχοντας.*

Repletus sum acceptis.) πεπλήρωμαι δέξαμεν Θ. i. repletus sū accipiens, nisi quod participium est prateriti temporis. Cōmodius uertisset ad hunc modum, Expletus sum, posteacq; accepi ab Epaphrodito, a uobis misla, odorem. &c.

In odorem suavitatis.) οὐ μηρέωνδιας, quod superius indicauimus. Nec est in odorem, sed odorem appositum. Ambrosius legit odorem bonae suavitatis, sed mutato sicut in iacio, auferendi casu, in accusandi casum.

Omne defyderiū.) ταῦτα χρεῖα. i. omnem necessitatem siue indigentiam, Valla emēdat implebit ἀληφῶσ, sed codex unus habebat πληρῶσα, i. impleteat. Cū spū uestro.) Sic & Ambrosius legit, sed Græci codices habent, μετὰ πάντων ὑμῶν. i. cum oībus uobis,

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAM PAVLI APO
STOLI AD PHILIPPENSES FINIS.



ANNOTATIONES IN EPISTOLAM PAVLI
APOSTOLI AD COLOSSENSES.

*Con eos q̄ putat Colossenses
et Rhodienses,*

Colosse ruitas physicas,

N primis nō possum nō mirari, quid in mentem uenerit ijs qui Colosse-
ses ad quos scribit hanc epistolam Paulus esse aiūt Rhodiēles, ob nobile
illum Colossum, qui memoratur inter septem mundi miracula. Nam de
statua quidem nullus non meminit scriptorum. At de ciuitate huius no-
minis, ne ij quidem ullum fecere uerbum, qui totius insulæ situm diligen-
tissime literis prodiderunt. Quin potius Colossa ciuitas est Phrygiae, quæ est in Asia mi-
nore, haud ita procul ab Hieropoli, & Laodicea, quarū & in hac epistola meminit Pau-
lus Laodicea cum ait, uolo autem uos scire, cuiusmodi certamen habeā pro uobis, & pro
his qui sunt Laodicea. Ac rursum in calce. Facite ut & in Laodicensiū ecclesia legatur,
& ea quæ e Laodicea missa fuit, ut uos quoq; legatis. Ac paulo superius. Quoniam
habet zelum multum pro uobis & his qui sunt Laodicea, & his qui sunt Hieropoli,